


LJUBLJANSKI ŠKOFIJSKI LIST.



Vsebina: 27. S. Congregationis S. Rituum Edictum de usu linguae slavonicae in s. Liturgia. — 28. Decretum S. C. Conc. de excardinatione et s. Ordinatione. — 29. Decretum super missis in oratoriis regularium et aliarum communitatum. — 30. Forma brevis Extremae Unctionis in casu necessitatis. — 31. C. kr. konservatorji za Kranjsko. — 32. Zakon o povišani kongrui. — 33. Izvršitvena naredba k zahonu o povišani kongrui. — 34. Župnijski izpit. — 35. Casus reservati. — 36. Slovstvo. — 37. Konkurzni razpis. — 38. Škofijska kronika.



27.

S. Congregationis S. Rituum Edictum de usu linguae slavonicae in sacra Liturgia.

Acres de liturgico palaeoslavi seu glagolitici sermonis usu controversias, quae diu iam in provinciis Goritiensi, Jadrensi et Zagrabiensi dioeceses plures commoverunt, compositas atque adeo sublatas omnino esse oportuit post ea, quae Sacrum hoc Consilium itemque illud extraordinariis Ecclesiae negotiis praepositum, Pontificis Maximi nomine et auctoritate, decreverat. Sed tamen nondum ipsas conquievisse dolendum est; siquidem hic sermo etiamnunc multifariam contra praescriptum usurpatur in perfunctione sacrorum; id quod non modo magnam affert et admirationem et offensionem pietati publicae, verum, cum gravi etiam caritatis pacisque christianae detrimento, Christi fideles, vel intra domesticos parietes, hostiles facit.

Tanta obtemperationis debitae oblivio quantae sit aegritudini SSmo D. N. Pio PP. X., facile aestimari potest; Isque, Apostolici officii sui esse intelligens, hujusmodi controversiis imponere finem, nuper huic Sacrae Congregationi mandavit, ut, datis ad Rmos Archiepiscopos, Episcopos et Ordinarios ceteros provinciarum memoratarum literis, quaecumque Decreto diei 5. Augusti 1898 aliisque deinceps praescripta fuissent, omnia, nonnullis opportune mutatis, revocaret, eaque sancte inviolateque, onerata ipsorum Antistitum conscientia, observari iuberet.

Primum igitur, quum eo ipso Decreto cautum fuerit, ut Ordinarii singuli indicem conficerent atque exhiberent omnium suae dioecesis ecclesiarum, quas certum esset privilegio linguae glagoliticae in praesens uti; quumque ei praescriptioni satisfactum

non sit, quippe talis index, licet studiose expetitus, desideratur tamen adhuc, eundem Sacra haec Congregatio praecipit, ut Ordinarii omnes intra mensem Iulium anni proximi Apostolicae Sedi exhibeant, his quidem legibus confectum:

ut eae dumtaxat ecclesiae, tamquam hoc privilegio auctae, notentur, in quibus non coniectura aliqua, sed certis monumentis ac testibus constiterit, linguam glagoliticae ab anno 1868 ad praesens tempus sine intermissione in sacris peragendis adhibitam esse;

ut, eiusdem privilegii nomine nullae istis adscribantur ecclesiae, ubi in solemnibus Missis latina lingua celebrandis Epistolam et Evangelium cantari glagolitice mos fuerit, eoque minus, ubi ista sermone croatico vulgari canantur.

Praeterea S. haec Congregatio, quae infra-scripta sunt, approbante item Summo Pontifice, religiosissime observanda edicit:

I. Quandoquidem Apostolica Sedes de usu glagoliticae linguae liturgico opportunum factu censuit, certis terminare finibus, quod olim indulserat, usus huiusmodi considerari et haberi ab omnibus debet ut privilegium locale, quibusdam adhaerens ecclesiis, minime vero ut personale, quod ad nonnullos Sacerdotes pertineat. Quamobrem Sacerdotes, qui palaeoslavicae dictionis periti sint, eam adhibere non poterunt, Sacrum facientes in ecclesia, quae hoc privilegio careat.

II. Semel confecto et publicato ecclesiarum privilegiatarum indice, nulli prorsus licebit in aliis ecclesiis, quacumque causa aut praetextu, linguam

palaeoslavica in sacram liturgiam inducere. Si quis vero, saecularis aut regularis Sacerdos, secus fecerit aut id attentaverit, ipso facto a celebratione Missae ceterorumque sacrorum suspensus maneat. donec ab Apostolica Sede veniam impetrabit.

III. In ecclesiis, quae privilegio fruuntur, Sacrum facere et Officium persolvere publica et solemni ratione, permissum exclusive erit palaeoslavico idiomate, quacumque seclusa alterius linguae immixtione, salvis tamen praescriptis ad § 11. huius Decreti. Libri autem ad Sacra et ad Officium adhibendi characteribus glagoliticis sint excusi atque ab Apostolica Sede recogniti et approbati; alii quicumque libri liturgici, vel alio impressi characteres, vel absque approbatione Sanctae Sedis, vetiti omnino sint et interdicti.

IV. Ubi cumque populus Sacerdoti celebranti respondere solet aut nonnullas Missae partes canere, id etiam nonnisi lingua palaeoslavica in Ecclesiis privilegiatis fieri licebit. Idque ut facilius evadat, poterit Ordinarius, fidelibus exclusive permittere usum manualis libri latinis characteribus loco glagoliticorum exarati.

V. In praefatis ecclesiis, quae concessione linguae palaeoslavicae indubitanter fruuntur, Rituale, slavico idiomate impressum, adhiberi poterit in Sacramentorum et Sacramentalium administratione dummodo illud fuerit ab Apostolica Sede recognitum et approbatum.

VI. Sedulo curent Episcopi in suis Seminariis studium provehere cum latinae linguae, tum palaeoslavicae, ita ut cuique dioecesi necessarii Sacerdotes praesto sint ad ministerium in utroque idiomate.

VII. Episcoporum officium erit, ante Ordinationem sacram designare Clericos, qui latinis vel qui palaeoslavice ecclesiis destinentur, explorata in antecessum promovendorum voluntate et dispositione, nisi aliud exigat Ecclesiae necessitas.

VIII. Si quis Sacerdos, addictus ecclesiae, ubi latina adhibetur lingua, alteri debeat ecclesiae inservire, quae palaeoslavici fruitur idiomatis privilegio, Missam solemnem ibi celebrare Horasque canere tenebitur lingua palaeoslavica; attamen illi fas erit privatim Sacra peragere et Horas canonicas persolvere latina lingua.

Datum Romae, ex Secretaria Sacrorum Rituum Congregationis, die 18. Decembris anno 1906.

L. † S.

Sacerdos vero, palaeoslavici idiomatis ecclesiae adscriptus, cui forte latinae ecclesiae deservire contigerit, non solemnem tantummodo, sed privatam etiam Missam celebrare itemque Horas canere tenebitur latina lingua, relicta illi solum facultate Officium privatim persolvendi glagoliticum.

IX. Licebit pariter Sacerdotibus, latini eloquii ecclesiae inscriptis, in aliena ecclesia, quae privilegio linguae palaeoslavicae potitur, Missam privatam celebrare latino idiomate. Sacerdotes vero, linguae palaeoslavicae ecclesiis addicti, eodem hoc idiomate ne privatam quidem Sacrum facere poterunt in ecclesiis, ubi latina lingua adhibetur.

X. Ubi usu invaluit in Missa solemni Epistolam et Evangelium slavice canendi, post eorundem cantum latino ecclesiae ipsius idiomate absolutum, huiusmodi praxis servari poterit. In Missis autem parochialibus fas erit post Evangelii recitationem illud perlegere vulgari idiomate, ad pastorem fidelium instructionem.

XI. In ipsis paroeciis, ubi viget linguae palaeoslavicae privilegium, si quis fidelis ostenderit se cupere aut velle, ut Baptismus vel sacramenta cetera, Matrimonio non excepto, sibi suisve administrantur secundum Rituale Romanum latinum, et quidem publice, eademque lingua habeantur rituales preces in sepultura mortuorum, huic desiderio aut voluntati districte prohibentur Sacerdotes ullo pacto obistere.

XII. In praedicatione verbi Dei, aliisve cultus actionibus, quae stricte liturgicae non sunt, lingua slavica vulgaris adhiberi permittitur ad fidelium commodum et utilitatem, servatis tamen Generalibus Decretis huius Sacrae Rituum Congregationis.

XIII. Episcopi illarum regionum, ubi eadem in usu est lingua vernacula, studeant uniformi curandae versioni precum et hymnorum, quibus populus indulget in propria ecclesia, ad hoc, ut qui ex una ad aliam transeunt dioecesim vel parochiam, in nullam offendant precationum aut canticorum diversitatem.

XIV. Pii libri, in quibus continetur versio vulgata liturgicarum precum, ad usum tantummodo privatam Christifidelium, ab Episcopis rite recogniti sint et approbati.

Seraphinus Card. Cretoni,
S. R. C. Praefectus.

† Diomedes Panici, Archiep. Laodicen.,
S. R. C. Secretarius.

Decretum S. C. Concilii de Excardinatione et sacra Ordinatione.

Decreto diei 20 mensis Iulii 1898, quod incipit A primis, Emmi S. C. Concilii Patres, probante v. m. S. P. Leone XIII, circa excardinationem et incardinationem clericorum eorumque subsequentem ordinationem, haec quae sequuntur statuerunt:

»I. Excardinationem fieri non licere nisi iustis de causis, nec effectum undequaue sortiri, nisi incardinatione in alia dioecesi executioni demandata.

II. Incardinationem faciendam esse ab Episcopo non oretenus, sed in scriptis, absolute et in perpetuum, id est nullis sive expressis sive tacitis limitationibus obnoxiam; ita ut clericus novae dioecesi prorsus mancipetur, praestito ad hoc iuramento ad instar illius quod Constitutio »Speculatores« pro domicilio acquirendo praescribit.

III. Ad hanc incardinationem deveniri non posse, nisi prius ex legitimo documento constiterit alienum clericum a sua dioecesi fuisse in perpetuum dimissum, et obtenta insuper fuerint ab Episcopo dimittente, sub secreto, si opus sit, de eius natalibus, vita, moribus ac studiis opportuna testimonia.

IV. Hac ratione adscriptos posse quidem ad Ordines promoveri. Cum tamen nemini sint cito manus imponendae, officii sui noverint esse Episcopi, in singulis casibus perpendere, an, omnibus attentis, clericus adscriptus talis sit, qui tuto possit absque ulteriori experimento ordinari, an potius oporteat eum diutius probari. Et meminerint, quod sicut »nullus debet ordinari, qui iudicio sui Episcopi non sit utilis aut necessarius suis Ecclesiis«, ut in cap. 16. sess. 23 de reform. Tridentinum statuit; ita pariter nullum esse adscribendum novum clericum, nisi pro necessitate aut commoditate dioecesis.

V. Quo vero ad clericos diversae linguae et nationis, oportere, ut Episcopi in iis admittendis cautius et severius procedant, ac numquam eos recipiant, nisi requisiverint prius a respectivo eorum Ordinario, et obtinuerint secretam ac favorabilem de ipsorum vita et moribus informationem, onerata super hoc graviter Episcoporum conscientia.

VI. Denique quoad laicos aut etiam quoad clericos, qui excardinationis beneficio uti nequeunt vel nolunt, standum esse dispositionibus Const. »Speculatores«, quae, nihil obstante praesenti decreto, ratae ac firmatae semper manere debent.

Sed pluribus in locis mos iam pridem invaluerat, ut quaedam litterae quasi excardinatoriae, seu excorporationis aut exeat nuncupatae, laicis quoque traderentur, eodem ferme modo ac pro clericis fieri consueverat: quibus litteris Episcopus originis lai-

cum suae dioecesis subditum dimittebat, et ius nativum, quo pollebat eum in clericalem statum adscribendi, in alium Ordinarium transferre eique cedere videbatur: et vicissim hic illum suscipiens eum proprium subditum sibi facere, et qua talem ad primam tonsuram et ss. Ordines promovere libere posse arbitrabatur, quin aut ratione domicilii aut ratione familiaritatis subditus sibi esset iuxta Constitutionis »Speculatores« praescripta.

Porro evulgato decreto A primis, de huius praxis legitimitate disputari coepit, et plura dubia hac de re ad S. Sedem delata sunt.

Quapropter de mandato SSmmi quaestione semel et iterum in hac S. Congregatione examinata, tandem die 15 Septembris 1906 Emmi Patres censuerunt, permitti posse, si Sanctitas Sua id probaverit, ut praefatae litterae, quibus laici a propria dioecesi dimittuntur, ab Ordinariis concedantur, earum vi extradioecesanus fieri proprius valeat Episcopi benevoli receptoris, et hoc titulo ad clericalem tonsuram et ad ss. Ordines ab eo promoveri; dummodo tamen

1.^o dimissio ab Episcopo proprio ex iusta causa, in scriptis et pro determinata dioecesi concedatur.

2.^o Acceptatio ne fiat nisi servatis regulis, quae pro clericis incardinandis statutae sunt, et superius sub num. II. III. IV. et V. recensentur; et servato quoque decreto »Vetuit« diei 22 Decembris 1905 quoad alumnos a Seminariis dimissos.

3.^o Sed iuramentum ad tramitem Constitutionis »Speculatores« requisitum, praestandum esse ante clericalem tonsuram. Verum cum obligatio permanendi in dioecesi non propria, eique in perpetuum serviendi, ante maiorem aetatem non sine difficultatibus et periculis suscipi possit, cavendum esse ab Episcopis, ne ad clericalem tonsuram admittant, qui aetate maior non sit.

Facta autem de his omnibus relatione SSmmo D. N. Pio Papae X ab infrascripto Secretario in audientia diei 16 Septembris 1906, Sanctitas Sua deliberationem Emm. Patrum probavit et confirmavit, mandavitque ut evulgaretur per litteras S. C. Concilii, ut omnibus, ad quos spectat lex et regula esset, contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romae, die 24 mensis Novembris 1906.

† VINCENTIUS Card. Episc. Praenestinus,
Praefectus.

C. De Lai, Secretarius.

Decretum super Missis in Oratoriis Regularium et aliarum Communitatum.

Seccovien.

Rmus Dnus Leopoldus Schuster, Episcopus Seccoviensis, Sacrorum Rituum Congregationi reverenter exposuit et enixe petiit, ut sequentia dubia solvantur, nimirum:

In Dioecesi Seccoviensis vasta sunt quinque Monasteria nimirum, tria Ordinis Sancti Benedicti, unum Ordinis Cisterciensis et unum Canonicorum Regularium Lateranensium; insuper permulta Coenobia aliorum Ordinum Mendicantium S. Francisci et S. Dominici et S. Joannis de Deo etc. Interdum in illis Monasteriis casus accidit, ut novum Oratorium e. g. pro recitando Officio tempore hiemali in aedibus Monasterii erigatur simul cum altari sive fixo, sive portatili, ut ibi etiam Missa celebrari possit ab infirmis et senibus debilibus. Praeterea talia Oratoria cum altari interdum etiam in domibus extraneis quae a Monasterio sive longe sive parum distant et peculium Monasterij sunt, eriguntur, in quibus domibus unus vel plures Patres per aliquod tempus sive oeconomiae sive sanitatis colendae causa versantur. Hinc quaeritur:

I. Estne licentia Missam ibi celebrandi ab Episcopo Ordinario petenda, an sufficit necessitas vel utilitas Communitatis religiosae? Et, si Affirmative ad secundum.

II. Valet hoc etiam de Oratoriis, quae extra Monasterium ipsum sita sunt, sed ad eius peculium pertinent?

Sacra porro Rituum Congregatio, exquisita Commissionis Liturgicae sententia, reque maturo examine perpensa, ita respondere rata est:

Ad I. Si agatur de Regularibus proprie dictis, Negative ad primam partem, Affirmative ad secundam, de licentia Superioris Generalis aut Provincialis, iuxta Decretum Nr. 4007 super Oratoriis semipublicis, 23. Ianuarii 1899; si vero sermo sit de aliis Communitatibus, servetur Decretum N. 3484 Nivernen. 8. Martii 1879 ad II,

Ad II. Negative, nisi adsit indultum.

Atque ita rescripsit, die 10. Novembris 1906.

S. Card. Cretoni, Praef.

(L. S.)

D. Panici, Archiep. Leodicen., Secr.

Forma brevis Extremae Uñctionis in casu necessitatis.

Feria IV. die 25. Aprilis 1906.

Cum huic Supremae Congregationi quaesitum fuerit ut unica determinaretur formula brevis in administratione Sacramenti Extremae Uñctionis in casu mortis imminens, Emmi ac Revmi Patres Generales Inquisitores, maturime re perpensa, prae-habitoque Rmorum Consultorum voto, decreverunt: In casu verae necessitatis sufficere formam: *Per istam sanctam unctionem* (In aliquo sensu vel pectore vel consultius in fronte tamquam in

summa omnium sensuum sede) *indulgeat tibi Dominus quidquid deliquisti. Amen.*

Sequenti vero feria V., die 26. eiusdem mensis et anni, in audientia a Ssmo D. N. Pio div. providentia P. P. X. R. P. D. Adessori impertita, Ssmus D. N. decretum Emmorum et Rmorum Patrum adprobavit.

Petrus Palombelli. S. R. et U. I.
Notarius.

C. kr. konservatorji za Kranjsko.

Za I. odsek (prazgodovinski, antični spomeniki in iz dobe ljudskega preseljevanja):

Dr. Edvard Nowotny, c. kr. gimnazijski profesor v Celovcu, za politične okraje: Črnomelj, Kočevje, Krško, Litija, Novo mesto, od 16. jul. 1904.

Dr. Jakob Žmavc, c. kr. gimnazijski profesor v Ljubljani, za politične okraje: Radolica, Kranj,

Kamnik, Logatec, Postojna, Ljubljana in ljubljanska okolica, od 16. julija 1904.

Za II. odsek (srednjeveški spomeniki razen pisemenih):

Frančišek Avsec, župnik v Št. Juriju pod Kumom, za politične okraje: Krško, Litija, Novo mesto, od 25. januarja 1904.

Ivan Franke, c. kr. realčni profesor v Ljubljani, za politična okraja: Kamnik, Kranj, od 19. decembra 1902.

Josef Obergföll, c. kr. gimnazijski profesor v Kočevju, od 25. januarja 1904, za politične okraje: Črnomelj, Kočevje, Logatec, Postojna.

Ivan Šubic, c. kr. ravnatelj umetno-obrtné šole v Ljubljani, za politična okraja: Ljubljana in

ljubljska okolica, od 1897, oziroma 19. septembra 1904.

Ivan Vurnik, podobar v Radolici, od 25. januarja 1904, za politični okraj Radolica.

Za III. odsek (srenjeveški in novejši pismeni spomeniki):

Anton Koblar, dekan v Kranju, za vse Kranjsko, od leta 1894, oziroma 13. marca 1905.

32.

Zakon z dne 24. februarja 1907,

s katerim se določuje povišanje kongruie in pokojnine katoliških dušnih pastirjev po razmerju njihovih službenih let. (Drž. zak. izdan 2. marca 1907, kos XXIX., št. 56.)

Gesetz vom 24 Februar 1907,¹⁾

mit welchem Erhöhungen des Minimaleinkommens und der Ruhegehälte katholischer Seelsorger nach Maßgabe ihrer Dienstzeit festgestellt werden.

Mit Zustimmung beider Häuser des Reichsrates finde Ich anzuordnen, wie folgt:

§ 1.

Das in Schema I des Gesetzes vom 19. September 1898, R. G. Bl. Nr. 176,²⁾ über die Dotation der katholischen Seelsorgegeistlichkeit festgesetzte Minimaleinkommen wird für Welt- und Ordenspriester, für letztere, insoferne dieselben nach dem Gesetze vom 19. September 1898, R. G. Bl. Nr. 176, eine Kongrua, beziehungsweise Kongruaergänzung erhalten, nach je fünf vor oder seit der Wirksamkeit dieses Gesetzes in der Seelsorge oder in einem anderen öffentlichen kirchlichen Dienste zurückgelegten Jahren bis einschließlich des 40. Jahres der Dienstleistung um je einhundert (100) Kronen erhöht.

Die auf Grund der vorstehenden Bestimmung angefallene Erhöhung des Minimaleinkommens gebührt auch nach der Übernahme in den Ruhestand als Erhöhung des in Schema II zum Gesetze vom 19. September 1898, R. G. Bl. Nr. 176, festgesetzten Ruhegenusses.

Diese Erhöhung wird, insoweit sie nicht durch die mit dem geistlichen Amte ständig verbundenen Bezüge gedeckt ist, aus den Religionsfonds, beziehungsweise aus der staatlichen Dotation derselben bestritten.

§ 2.

Der Anspruch auf diese Erhöhung ist von dem Seelsorger durch Einbringung des Einbekenntnisses

¹⁾ Enthalten in dem den 2. März 1907 ausgegebenen XXIX. Stücke des R. G. Bl. unter Nr. 56.

²⁾ Ministerial-Verordnungsblatt vom Jahre 1898, Nr. 56, Seite 379.

oder bei Vorliegen eines solchen durch Anzeige im Wege des Ordinariates geltendzumachen und beginnt mit dem ersten Tage des auf die Vollstreckung der maßgebenden Dienstzeit folgenden Monates.

§ 3.

Diese Erhöhung wird für immer oder für eine bestimmte Zeit eingestellt, wenn darauf in einem ordentlichen Verfahren (§ 27 des Gesetzes vom 7. Mai 1874, R. G. Bl. Nr. 50,³⁾ erkannt worden ist.

Die Nachsicht der Folgen eines solchen Erkenntnisses ist nach Einvernehmung des Diözesanbischofes zulässig.

§ 4.

Im Falle besonderer körperlicher Gebrechen eines in den Ruhestand übernommenen Seelsorgers oder bei Vorliegen anderer rücksichtswürdiger Umstände kann der Kultusminister demselben ausnahmsweise einen höheren als den ihm gemäß des Schema II zum Gesetze vom 19. September 1898, R. G. Bl. Nr. 176, gebührenden Ruhegehalt bewilligen, jedoch nur bis zum Höchstbetrage von 2000 Kronen.

§ 5.

Die in diesem Gesetze festgestellte Erhöhung des Minimaleinkommens oder Ruhegehältes gebührt vom 1. Jänner 1907 an mit einem Drittel, vom 1. Jänner 1908 an mit zwei Dritteln und vom 1. Jänner 1909 an mit dem vollen Betrage.

§ 6.

Mit dem Vollzuge dieses Gesetzes sind der Minister für Kultus und Unterricht und der Finanzminister beauftragt.

W i e n, am 24. Februar 1907.

Franz Joseph m. p.

Beck m. p.

Korytowski m. p.

Marchet m. p.

³⁾ Ministerial-Verordnungsblatt vom Jahre 1874, Nr. 22, Seite 65.

Naredba ministra za bogočastje in nauk in finančnega ministra z dné 6. marca 1907, s katero se proglašajo izvršitvena določila k zakonu z dné 24. februarja 1907 (državni zakonik št. 56) glede povišanja kongruie in pokojnine katoliških dušnih pastirjev.

Verordnung des Ministers für Kultus und Unterricht und des Finanzministers vom 6. März 1907, womit Bestimmungen zur Durchführung des Gesetzes vom 24. Februar 1907, R. G. Bl. Nr. 56, betreffend Erhöhungen des Minimaleinkommens und der Ruhegehälter katholischer Seelsorger, erlassen werden.

§ 1.

Behufs Zuerkennung der im Gesetze vom 24. Februar 1907, R. G. Bl. Nr. 56, vorgesehenen Erhöhungen des standesgemässen Minimaleinkommens der katholischen Seelsorger ist ein nach der Vorschrift der Ministerialverordnung vom 16. November 1898, R. G. Bl. Nr. 205, abgefasstes Lokaleinkommensbekenntnis oder, wenn ein solches für die betreffende Dienststelle bereits vorliegt oder nach der oben zitierten Verordnung (§ 1, Absatz 3) entbehrlich ist, eine Anzeige über die Vollstreckung der maßgebenden Dienstzeit einzubringen.

Diese Anzeige ist bei dem Eintritte des Anspruches auf weitere Erhöhungen nuerdings zu erstatten.

Dem Einbekenntnisse oder der Anzeige ist eine Dienst-Tabelle in zweifacher Ausfertigung anzuschliessen.

Diese Dienst-Tabelle kann nach den schon gegenwärtig bei Gesuchen um Übernahme in den Ruhestand üblichen Formularen oder nach dem dieser Verordnung anliegenden Formulare verfasst werden.

In dieser Dienst-Tabelle ist die ganze bisherige Verwendung des Seelsorgers auf den einzelnen von ihm bekleideten Dienststellen nach der kalendermässigen Dauer auszuweisen.

Die Einbringung des Lokaleinkommensbekenntnisses oder der Anzeige erfolgt im Wege des vorgesetzten bischöflichen Ordinariates. Für Regulargeistliche, welche auf inkorporierten Seelsorgestationen wirken, kann der Ordensobere an ihrer Stelle das Einbekenntnis oder die Anzeige im gleichen Wege einbringen. Bei solchen Stationen ist auch, eventuell durch Angabe oder Vorlage der einschlägigen Richtigstellungserkenntnisse, darzulegen, dass für die an der betreffenden Seelsorgesta-

tion wirkenden Regularen im Bestande des Gesetzes vom 19. September 1898, R. G. Bl. Nr. 176, eine Dotationsergänzung aus dem Religionsfonds angewiesen ist.

§ 2.

Das Ordinariat prüft und bestätigt die Richtigkeit der in der Dienst-Tabelle ausgewiesenen Daten und leitet selbe zugleich mit dem Einbekenntnisse oder der im § 1 erwähnten Anzeige an die Landesstelle.

Diese veranlasst erforderlichenfalls nach neuerlicher Einvernehmung des bischöflichen Ordinariates die zur Klarstellung des Sachverhaltes zweckdienlichen Erhebungen.

Bezüglich der Fällung und Hinausgabe der Entscheidung der Landesstelle, dann der Anweisung der erhöhten Bezüge, endlich der Anfechtung des Erkenntnisses haben die Bestimmungen der Ministerialverordnung vom 16. Februar 1907, R. G. Bl. Nr. 205, und der Ministerialverordnung vom 14. Jänner 1904, R. G. Bl. Nr. 7, sinngemässe Anwendung zu finden.

§ 3.

Die Landesstelle hat unter Berücksichtigung des im § 2 des Gesetzes vom 24. Februar 1907, R. G. Bl. Nr. 56, normierten Anfallstermines auszusprechen, welcher jährliche Mehrbezug dem Seelsorgegeistlichen aus dem Titel der Erhöhung gebührt.

Dies gilt insbesondere auch für die im § 5 des Gesetzes vom 24. Februar 1907, R. G. Bl. Nr. 56, bestimmten Übergangsjahre 1907 bis 1909. Für diese drei Jahre oder den im einzelnen in Betracht kommenden Teil dieser Zeit hat die Angabe des Mehrbezuges auf einmal, jedoch unter genauer ziffermässiger Bezeichnung der auf jedes einzelne dieser Jahre entfallenden Mehrgebühr zu erfolgen.

Fällt einem Seelsorgegeistlichen innerhalb dieser Übergangszeit eine weitere Erhöhung an, so ist der Anspruch auf dieselbe in der im § 1 dieser Verordnung festgesetzten Weise mittelst neuerlichen Einschreitens geltend zu machen.

§ 4.

Wenn einem Seelsorgegeistlichen vorläufig die von seinem Vorgänger genossenen Bezüge aus

dem Religionsfonds im Sinne des § 2 der Ministerialverordnung vom 14. Jänner 1904, R. G. Bl. Nr. 7. angewiesen werden, so können demselben, falls der bezüglichen Mitteilung des Ordinariates eine entsprechend ausgefertigte Dienst-Tabelle beiliegt, oder eine solche bereits bei der Landesstelle erliegt, auch die nach seiner Dienstleistung gebührenden Erhöhungen provisorisch aus dem Religionsfonds angewiesen werden.

Bei Versetzungen von Hilfspriestern in der gleichen Eigenschaft oder in der Stellung eines Provisors genügt, solange ein Anspruch auf eine weitere Erhöhung des Minimaleinkommens nicht geltend gemacht wird, die Anzeige der Versetzung unter Berufung auf die letzte Anweisung dieser Erhöhung und die dieser zu Grunde gelegte Dienst-Tabelle.

§ 5.

Die im Gesetze vom 24. Februar 1907, R. G. Bl. Nr. 56, vorgesehene Erhöhung des standesmäßigen Minimaleinkommens ist vor allem aus den mit dem geistlichen Amte ständig verbundenen Bezügen zu decken.

Ist eine Seelsorge- oder Ortsgemeinde oder sonst jemand zur Gewährung des jeweils festgestellten Minimaleinkommens an Seelsorgegeistliche verpflichtet, so ist in jedem Falle an der Hand der einschlägigen Verpflichtungstitel zu prüfen und, wenn nötig, durch Einleitung der instanzmässigen

Entscheidung festzustellen, ob sich diese Verpflichtung auch auf die mit dem berufenen Gesetze nach Maßgabe der besonderen Dauer der Dienstlichen Verwendung des einzelnen Seelsorgers festgesetzte Erhöhung des standesgemässen Minimaleinkommens bezieht.

Verneinendenfalls ist die sich hienach ergebende Erhöhung der Bezüge aus dem Religionsfonds anzuweisen.

§ 6.

Provisoren erledigter Pfründen haben, insofern bei ihnen nicht die Bestimmung des § 4, Absatz 2, dieser Verordnung Anwendung findet, den Anspruch auf die ihnen gebührenden Erhöhungen auf dem im § 1 dieser Verordnung bezeichneten Wege geltend zu machen.

§ 7.

Den Gesuchen um Übernahme in den Ruhestand ist eine in gleicher Weise, wie oben im § 1 bestimmt, ausgefertigte Dienst-Tabelle beizulegen.

In derselben sind die bereits angefallenen Erhöhungen unter Berufung auf die letzte bezügliche Anweisungsverfügung der Landesstelle ersichtlich zu machen.*)

Korytowski m. p.

Marchet m. p.

*) Obrazci za službene tabele se dobivajo v „Katoliški tiskarni“ v Ljubljani.

Dienst-Tabelle,

ausgefertigt behufs Erlangung und Erhöhung des gewährleisteten Minimaleinkommens (des Ruhegehaltes) nach Maßgabe des Gesetzes vom 24. Februar 1907, R.-G.-Bl. Nr. 56.

Name des Seelsorgers	Tag der Priesterweihe	Anstellungen in der Seelsorge oder einem anderen öffentlichen kirchlichen Dienste	Kalendermäßige Dauer dieser Stellungen	Dauer derselben nach Jahren, Monaten und Tagen	Bisherige Anweisungen der Erhöhung des Minimaleinkommens nach Maßgabe der vollstreckten Dienstzeit	Anmerkungen
		Anrechenbare Gesamtdienstzeit		

Die Richtigkeit der vorstehenden Angaben wird bestätigt.
(Ordinariat.)

Opomba: Prošnje za nakazanje tega poviška kongrua, ozir. pokojnine, naj se do 1. maja predložijo ordinarijatu. Službene tabele naj se prilože v treh izvodih (ne v dveh).

34.

Župnijski izpit.

Pomladni župnijski izpit je bil določen na 15. in 16. majnika. Ker so pa prav pred tem časom volitve, zato se ta izpit odloži, ter 12. in 13. dan junija 1907 zanj določi.

35.

Casus reservati.

O škofu pridržanih grehah so se mi predložili nastopni dvomi:

1. Estne reservatum peccatum commissum ante 14. aetatis annum, ast ecclesiae clavis demum post 14. aetatis subiectum? — 2. Potestne confessarius absolvere a peccato nunc quidem reservato, ast commissio ante reservationem? — Estne reservatus con cubitus quoque plene — vel semisodomiticus cum

consanguineis utriusque sexus in primo vel secundo gradu? — Estne reservatum solummodo periurium in foro iudicii sive civili sive ecclesiastico, an etiam extra forum iudicii? —

Respondeo: Ad 1. negative. — Ad 2. negative. — Ad 3. affirmative. — Ad 4. ad 1. partem affirmative, ad 2. partem negative.

36.

Slovstvo.

Fr. S. Finžgar: **Bogu, kar je božjega.** Ljubljana. Založila Katoliška Bukvarna Str. 155., 11×7 cm. Cena izvodu, vezanemu v umetno usnje z rdečo obrezo 1 K, v šagrén-usnje z zlato obrezo 2 K 20 h, v teletino z zlato obrezo 3 K, v umetno teletino z zlato obrezo 1 K 90 h. — Ta molitvenik obsega v mali in

elegantni obliki najpotrebnejše molitve, a vendar zadostuje za vse navadne pobožnosti. Poleg jutranje in večerne molitve, dveh sv. maš, spovednih in obhajilnih molitev, litanij in sv. križevega pota, najdeš v njem še mnogo drugih molitvic za razne potrebe in četrtturno premišljevanje pred Najsvetejšim.

37.

Konkurzni razpis.

Razpisuje se župnija Senožeče v postojnski dekaniji, stoječa pod patronstvom senožeške grajščine. Prosivci za to župnijo naj naslove svoje prošnje

na slavno lastništvo senožeške grajščine — Kot zadnji rok za vlaganje prošenj se s tem določi 1. maj 1907.

38.

Škofijska kronika.

Odlikovanje. Imenovani so za kn. šk. duhovne svetnike čč. gg. Jakob Mrak, župnik v Naklem, Janez Oblak, župnik v Gradu, Ignacij Šalehar, župnik v pok. v Kandiji.

Imenovan je bil č. g. Jernej Podbevšek, kapelan v Zagorju ob Savi, za soupravitelja izpraznjene župnije Sv. Planina.

Premeščeni so bili čč. gg. kapelani: Andrej Zgaga iz Kolovrata za župnega upravitelja na Sveto Goro, Frančišek Erzar iz Hrenovic v Košano, Janez Medved iz Košane na Dovje, Matija Okorn iz Dovjega v Žiri, Matej Ahačič iz Grada v Hrenovice, Anton Tomelj iz Radolice v Grad, Janez Erjavec iz Dobrove v Radolico.

Nameščen je bil č. g. Leopold Lenard za kapelana na Dobrovi. Č. g. Valerijan Učak, duhovnik nem. vit. reda v Ljubljani, je stopil na mesto P. Gotharda Bileka, ki je bil premeščen v Opavo.

Umri so čč. gg.: Andrej Stritar, zlatomašnik, kapelan v pok. v Mostah pri Komendi, dne 17. februarja; Janez Bezeljak, deficient, v Leoninum v Ljubljani 17. februarja; Matija Leben, bogoslovni profesor, senior ljubljanske škofije, častni kanonik itd. v Ljubljani 22. februarja; Ivan Jeglič, kapelan v zač. pokoju, v Leoninum v Ljubljani 25. februarja, pokopan v Podbrezju; Ignacij Okorn, zlatomašnik, župnik v Senožeah 16. marca; Jernej Zupančič, kapelan v pokoju, v Litiji 25. marca 1907. — Priporočajo se v molitev čč. gg. sobratom.

Knezoškofijski ordinarijat v Ljubljani, dné 28. marca 1907.